BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Hälfte 9. Jh.
Seite 22r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

cū in uerbis sacrae scripturae discimus egredien
tes e carne animas ad aeternam in caelis praemia
esse recipiendas. & sup illā altera aureola sup
addatur corona. cū in eadem scriptura reperiatur
qd eis sublimior in fine sct gloriae incorporum
quoq: in mortalium receptione seruetur;

Quattuor quoq: circulos aureos praeparabis.
& pones eos in quattuor angulis eiusdem mensae
per singulos pedes, Hoc ut supra de arca
exposuimus. & haec hic accipienda sunt. Quattuor
namq: circuli aurei quattuor sunt euangeliorū
libri. p quorū fidē contigit. ut omnis scriptura
sca p mundū legeretur. & intelligeretur uniuersū.
Quattuor aū pedes habet mensa. quia quadri formi
tatione omnis diuinorū eloquiorū series distingui
tur. In libris namq: omnib; scis intueri oportet
quae ibi aeterna intimentur. quae facta narren
tur. quae futura praenuntientur. quae agenda
praecipiantur uel moneantur. Item mensa ta
bernaculi quattuor habet pedes. quia uerba caeles
tis oraculi. uel historico intellectu. uel allego
rico. uel tropologico id est morali. uel certe
anagogico solent accipi. Historia namq: est
cum res aliqua quomodo secundū litteram facta